DISSERTATIO
INAUGURALIS MEDICO CHIRURGICA
EXHIBENS
QUAEDAM DE
RACTURIS BASEOS
RANII COGNOSCENDIS

QUAM
CONSENSU ET AUCTORITATE
ATIOSI MEDICORUM ORDINIS
IN
UNIVERSITATE LITTERARIA BEROLINENSI
UT SUMMI
MEDICINA ET CHIRURGIA HONORES
RITE SIBI CONCEDANTUR
DIE VIII. M. NOVEMBRIS A. MDCCCXXVI.
H. L. Q. S.

PALAM DEFENDET
AUCTOR
NRICUS ADOLPHUS ELTZE
MARCHICUS.

OPPONENTIBUS:
C. DE *KOEHRING*, MED. ET CHIR. DR.
E. DONIGES, MED. ET CHIR. DR.
E. FUNK, MED. ET CHIR. DR.

BEROLINI,
LITERIS AUGUSTI PETSCHII.

VIRO

ILLUSTRISSIMO AMPLISSIMO
EXPERIENTISSIMO

JOANNI WIEBEL

EDICINAE ET CHIRURGIAE DOCTORI MEDICORUM CASTRENSIUM
EIQUE OMNIS MEDICAE EXERCITUS BORUSSICI PRAEFECTO SUMMO
UGUSTISSIMI REGIS MEDICO PECULIARI REGI BORUSSIAE A CON-
LIIS INTIMIS SUPREMIS SECTIONIS PRO SANITATE PUBLICA TUENDA
N SUMMO MAGISTRATU RERUM CIVILIUM MEMBRO SEMINARII RE-
II MEDICO-CHIRURGICI FRIDERICO-GUILELMIANI ET ACADEMIAE
EGIAE MEDICO-CHIRURGICAE MILITARIS DIRECTORI COLLEGII BE-
OLINENSIS REM PAUPERUM CURANTIS MEMBRO AQUILAE RUBRAE
N CLASSE SECUNDA FRONDE QUERNA DECORATAE CRUCIS FER-
EAE IN CLASSE SECUNDA ORDINIS RUSSICI ST. ANNAE ET WOLO-
DOMIRI AUSTRIACI BAVARICI WUERTEMBERGENSIS HOLLANDICI
ALIORUMQUE EQUITI LEGIONIS HONORARIAE REGIS FRANCO-
GALLORUM DECURIONI SOCIETATUM COMPLURIUM
LITTERARIARUM SODALI ETC. ETC.

NEC MINUS

VIRO

ILLUSTRISSIMO MERITISSIMO
EXPERIENTISSIMO

CAROLO WENZEL

EDICINAE ET CHIRURGIAE DOCTORI A CONSILIIS INTIMIS ORDINIS
UILAE RUBRAE IN CLASSE TERTIA RUSSICI ST. ANNAE CONCOR-
AE EQUITI COMPLURIUM ACADEMIARUM ET SOCIETATUM LITTE-
RARIARUM GERMANIAE HELVETIAE RUSSIAE GALLIAE
HISPANIAE SODALI ETC. ETC.

PIO GRATOQUE ANIMO

HOC OPUSCULUM

D. D. D.

AUCTOR.

PROOEMIUM.

Experientia cum sit in arte medica momenti ummi, fundamentum exhibens firmissimum omis morborum diagnoseos ac aestimationis, sine uibus curatio ipsa, nisi fortuito, proficere neuit; enarrationem exemplorum, quibus multa ox offusa, summam utilitatem afferre, nemo egabit, respiciens, inde phaenomenorum nuerum tum augeri, tum confirmari nota jamjam c observata, aliis sub rationibus se praebentia, um, data istiusmodi occasione commode potius mnia, quae hucusque scientia atque ars his in ebus praestiterit, contextim iterum exponi; neue omittens ex hisce ad ea, quae facienda suersint, facilius colligi posse. — Ex his rationius et egomet quidem casum praestantem pecu-

liarem, diversimode se offerentem, qui publici juris fiat, dignissimum esse duxi, eundemque elegi, in quo exponendo dissertationem excuderem.

Historia igitur morbi tibi L. B. ab initio renunciata, quae ab antiquioribus temporibus ad nostra usque diagnostica in praesto sunt, breviter proferre tentaturus sum, hisque nostras simul sententias intermiscere, ne explicandis sat ac sufficienter tibi jam cognitis obsequio tuo nimis abutar.

HISTORIA MORBI.

§. 1.

Petrus Mausch, ex legione praetoriana miles, an-
os natus viginti quatuor, constitutione validissima,
orporisque habitu optimo, omnes hucusque, qui-
us infestabatur, perfacile superavit morbos, ut-
ote tamquam levissimae aberrationes nullius ae-
imandae forent. Die vero octavo Aprilis anni
IDCCCXXV prima hora pomeridiana hoc modo
esionem sibi inflixit. Dum inter exercitantes in-
ederet, ad quos dispersos vocatus pervenerat, ut
uam celerrime ad expeditiorem defensionem sese
olligerent, accidit ut, cum miles, ipsi praevius,
ropter subitaneum animi deliquium currendo hu-
i procidisset, ipsi infeliciter in ejus hastam,
lopeto retrorso tento praefixam, irruenti, facies
uciaretur. Tantus vero fuit in conflictu impe-
s atque renixus, ut hasta in angulum fere rec-
m flecteretur. Clamorem edidit vehementissi-
um et acutum, sanguine affatim effluente inter
ae anima defecit. Chirurgus celeriter advocatus,
ostquam remediis haud ineptis infirmum resusci-
verat, ligamentis levibus impositis, gravi vulnere
fectum nosocomio tradendum ratus est, quo im-
cillum, duobus militibus sustentatum, lentissimo
ssu, duci curavit. Ubi quum perscrutatio magis

assidua institueretur, vulnus apparuit in gena dextra, prope processus zygomatici marginem inferiorem, formae triangularis, cujus angulus unus erat superior, alter inferior et tertius externus. Priores maxime inter se distabant, propterea quod hastae superficies latissima hic intraverat. Praeterea vulnus parvum tantum adparuit, superficiarium et magis contusum, dilaceratum, haud multum sanguinem emittens. Specillum subtilissimum leviterque inductum, et ad omnes vulneris directiones conversum, nusquam nisi ad os zygomaticum illisit, neque ejus ope ullam, praeter rectam, brevissimamque viam invenisses aliam, qua forsan in oris cavum vel Highmori antrum, vel denique in superiores partes, oculo vicinas, permeare potuisses. Ex quibus liquebat, hastam in os zygomaticum innixam, exindeque incurvatam fuisse. Gena ex toto intumuit, neque dolores in ipso vulnere deerant vehementiores. Nulla in exordio in ceteris corporis partibus reperta sunt vitia. Sed paullo post phaenomena alia, perversum quarundam functionum statum indicantia superveniebant. Dolores enim aegrotus persentiebat praegraves in imo capite; facies omnino rubore obducebatur; cutis totius corporis sudore obtegebatur, pulsus perpleni, duri micare coeperunt frequenter; ex quibus statum inflammatorium febrilem accessisse conjicere licebat.

Vulnere simpliciter deligato, capiti lintea ex aqua frigida imponebantur. Dolores vero, cum ad vespertinum tempus usque perseverarent, vomitusque, etsi lingua haud obducta, aliquoties eveniret, decem sanguinis unciae emissae, natri sulphurici solutio largioribus haustubus porrecta, et quibus laxior alvus redderetur, clysmata adhibita sunt.

Die postero status iste in melius haud verti-

tur; parumper aegrotus dormiit per noctem; pulsus vero remissiores, molliores tardioresque feriunt. Curatio eadem; neque ulla alia symptomata urgentia; praeter animum aegroti difficiliorem.

Gena die decimo magis collabitur; vulnus occluditur. Pulsus retardatur; cutis siccescit. Balneum tepidum remediis adjungitur. Quamquam infirmus omnino suae spontis est, interrogatus tamen difficilius respondet; dolores circa frontem accusat, quapropter frigida a capite removetur.

Dolores cum et sequente die perseveraverint, duodecim hirudinum ad frontem applicatarum ope sanguis elicitus est natrique sulphurici soluti haustus protinus porrectus, qui tamen ad alvum ciendam parum valuit.

Decimo tertio a laesione die status febre plane vacuus observatus est; e signis vero gastricis, lingua potissimum muco viscido obtecta, patere videbatur, capitis dolores pro gastricis habendos esse. Emeticum idcirco propinatum, et postea, die decimo quinto, salis ammoniaci depurati solutio loco natri sulphurici porrecta est.

Vulnus maxima jamjam ex parte probe sanatum, haud multum puris sinceri secernit.

Die vicesimo aeger convaluit, vicesimo vero quinto parulis exorta est lateris sinistri in maxilla superiori, cui cataplasmata emollientia imponebantur. Vulnus, cicatrice plane obtectum, sanatum est.

Propter parulidem, die trigesimo nondum dissolutam, dentis carie exesi extractio necessaria fuit. Sequebantur puris effusio modo major et genae intumescentia. Quibus remediis simplicissimis, fomentis maxime e floribus sambuci, fugatis, recuperataque sanitate, homo dimissus est die Maji vicesimo, totius vero morbi quadragesimo secundo.

Haec in ephemeridibus nosocomii et diario meo notata accuratissimum praebent historiae morbi elenchum. Inde liquet, exemplum nullius fuisse insignioris momenti; dum nec statum febrilem, neque sensorii leviorem istam affectionem gravioris aestimare possis, quippe quae laesionem ex vi aliquantulo majori, et commotionem levem efficiente semper concomitari solent; idque vel magis, cum omnia symptomata tam facili negotio remediis superata sint.

§. 2.

Ast historiae alteram aggredior partem, in qua describenda repetere liceat, quomodo ab initio ad repetitum impetum usque aegrotus sese gesserit. Omnibus vacavit iterum officiis suis, iisque gravissimis; arma enim tractavit, in stationes successit etc., ita ut, praeter animi leviorem moerorem atque tristitiam, quo, cum antea homo fuisset laetitiae indulgens et hilaris, commilitiones ejus commovebantur, praeterque auris sinistrae leviorem surditatem, optima per aliquod temporis spatium valetudine gavisus esset. At, diebus aliquot praeterlapsis, de tanta auris sinistrae surditate conquestus est, ut jussum a praefecto datum neque satis perspicue accipere, ideoque ei obtemperare non posset. Hac ex causa die Junii tertio iterum nosocomio curandus est traditus. Quo cum pervenisset, statim in lecto recubuit, ibique per horae dimidiam partem alte dormivit. Hac vero praeterita, phaenomena animadvertebantur summopere notabilia, idque praecipue ob repentinum quidem eorum ingressum, cum neque pulsuum ictus, neque cutis transspiratio, neque ullius functionis aberratio ea instare, indicaverint. Experrectus enim oculos exhibuit rigentes, dolore cruciatus clamorem edidit, et tanta vehementia jac-

atus est, ut ab iis, qui adstarent, ne e sponda la-
beretur, contineri debuerit. Hac inquietudine, cum
per aliquot temporis momenta contentus esset, somno
terum mersus est; quo durante nec respirandi fa-
cultas, nec pulsuum ictus, nec cutis temperatura ullo
modo commutabantur. Cum aeger concuteretur
xcitatus quidem est, sed nescius sui fuit; neque
onos elisit modulatos, nec quaestionibus respondit.
Oculi immobiles uno defigebantur puncto; brachia,
on quidem convulsionibus, continuo tamen jacta-
antur, et infirmus tamquam angore interno per-
ussus et se a re quadam arcere videbatur; erectus,
mulac adjumentum dimotum esset, statim denuo
orruebat, veluti tunc placidus somnus eum am-
lecteretur. — Propter haec phaenomena urgentia,
t imprimis ob corporis constitutionem robustam,
uam celerrime sanguinis copia sane haud parca,
bras enim duas et dimidiam adaequans, emicatione
mpla e vena mediana brachii sinistri emissa est;
t incassum. Symptomata omnino non cessant.
on multo post in balneo tepido sedenti aqua fri-
da sexies situlae ope perfundebatur. Ad primam
ro infusionem tanta exsiliit vi, ut vel milites octo
m refrenando vix pares essent. En dein nova
aenomena. Oculi horrendum in modum con-
rquebantur, et oris angulus sinister motu spastico
rsum versus trahebatur, ut inde os plane obliquum
pareret. Idem symptoma magis minusve per to-
m morbi decursum perseverabat. Potestatem fun-
onum mentis ne perfusionibus quidem recupera-
t, attamen in lecto iterum collocatus aeger pla-
o, ut videbatur, somno consopiebatur. Paullo
st tanta denuo jactatus est contentione, ut bra-
ia pedesque loris devinciri oporteret. Enemata
n saepius reiterata adhibebantur incitantia, quibus

bene factum est, ut magna faecium haud alienatarum copia evacuaretur; praeterea singulis horis cochlearia duo solutionis natri sulphurici concentratae, cui tartari stibiati parva dosis addita erat porrigebantur. Haec quidem medicamina, perfacile ori instillata et deglutita, eodem pacto quo emeticum ex tartari stibiati granis decem haud quidquam efficiebant; neque sanguinis brachiorum volutatione denuo prorumpente ac libram propemodum explente copia symptomata mitigata sunt. Totam per noctem praeterea lintea convoluta ex aqua gelida imbuta capiti imponebantur. Ast omnium horum remediorum exhibitione status neutiquam in melius vertebatur, neque medenti contigerat, quin imo ei minimam pulsuum aliarumque systematis irritabilis actionum commutationem valida tanta curatione antiphlogistica efficere valeret. En eandem ad mediam noctem versus symptomata recrudescentia inter et somnum alternationem. Jam istius generis remedia in usum vocabantur, quae peculiarem in systema nervosum exhibent vim permulcentem. Cumque ceteroquin omnino non adessent indicia, quae istorum usum jure vetuerint summa ex guttulis viginti tincturae opii laudibus elati efficacia avide, sed frustra exspectabatur! Accuratissimam iterum totius corporis imprimis vero vulneris jam pridem illati, cicatrice jam obducti, ac capitis partium perscrutationem factam esse, haud tacite praetermittamus; nullaque vel summe exigua ex ista indagatione indolis vitiosae effluxisse vestigia.

M. Junii die quarto eadem phaenomenorum ratio, inquietudo cum somno ex intervallo alternans persistit. Oculi rigent, ad lucis incitamentum magis torpent; arteriarum cordisque pulsus, nec non cutis temperatura normales; abdomen nec durum

nec tensum tactui se offerebat, ad mentis statum adhuc dejectus aeger, brachiis expeditis, genitalia capessivit, eaque vehementer atteruit. Nova sanguinis missio localis, hirudinum viginti ad frontem applicatarum ope instituebatur, qua facta, iterum perfusiones ex aqua frigida in usum vocabantur, quibus symptomata supra notata magnopere invalescebant. Ad vesperam respirandi summa difficultas, pulsuum ictus frequentiores; oculi morte gravabantur aciemque demittebant, atque frons sudore frigido madescebat; os aperiebatur; brachiorum motus mitior. Quibus dein omnibus ad summum gradum usque auctis, animam per breve tantum tempus agitans aeger extremum spiritum edidit.

QUAE OBDUCTIO OSTENDERIT.

§. 3.

Pro hac itaque nata re, M. Junii die sexto, caput primum perscrutationis praebuit objectum; integumentis, iterum iterumque assidue inspectis, calvariaeque superiore parte remotis, meninx dura sanguine turgens, ex livido rubescens, huc illucve cranio adnata apparuit; eaque a lateribus incisa, et sursum retracta, cerebrum idemque convestientes membranae reliquae, similem quidem rationem nihil alieni tamen offerentia adaperiebantur. Caute enim ac sensim sensimque encephalo ad fornicem ventriculosque usque per strata tenuissima diremto, non nisi solito rubicundiore colore sanguinis opplet-orem propter, nec tangendo vel duriorem justo, vel molliorem naturam expromsit. Itaque, et reliquae partis accuratius inspiciendae causa, ex toto illud circumspecte emoliebatur, quo facto latex unciae unius circiter quantitatem referens, coloris subfusci, odoris ingrati, sanguinis hinc coagulati ad

instar; subter cerebellum sese ostendebat. Obstupuimus, pro tempore saltem. Unde inopinato hoc extravasatum originem duxerit, utrum ex malo cerebri isto inflammatorio factum, an potius vi externa, nobis insciis, ei ante breve illata enatum sit, expediri omnino haud potuit. Jam vero phaenomeni hujusce causa e vulnere faciei supra memorato deducenda videbatur. Quo ad subtiliorem investigationem inducti, priusquam secando altius penetraremus, casu contigit, ut particulam dura matre adhuc coopertam petrosi ossis submobilem detegeremus; quae res memorabilis clarissimam lucem toti morbo praegresso attulit. Dura matre os induente dein amota, superioris anguli partis petrosae fragmentum, fornicem quasi canalis carotici conformans triangularis formae oculis se praebuit, cujus basis pollicem fere, altitudo quadrantem vix attingebat, quodsi plane quidem mobile, ita tamen marginibus inaequalibus atque periosteo interno sustinebatur, ut vix ac ne vix quidem ad cavum versus emineret; ex quibus liquet, duram matrem tam exigua saltem extensione ab osse disjunctam esse, ut humorum accumulationi majori, tali nimirum quae in conspectum veniret, aditus intercluderetur; spatium inde ortum materia simillima intus effusae explebatur. In persequenda percunctatione omnes vulnus faciei inter et fracturam partes molles dissecuimus, quo facilius vulnus patefieret. Ac sane in superficie anteriori processus zygomatici maxillae superioris rimam, a media illius parte oriundam, marginem inferiorem attingentem vidimus; praeterea processus spinosus alae magnae ossis sphenoïdei plane avulsus apparebat, et partibus mollibus tantum retinebatur, quo spatio inde facto specillum perfacile in cerebri cavum, at idcirco ad ossis petrosi

rosi supernam cerebro subjacentem partem ducere potuisses.

Itaque dubium non fuit, quin fractura baseos hasta sclopeto praefixa multo ante inflicta sit. Haec scilicet a primo vestigio deorsum lapsa, cavum pervasit tuberositatem maxillae superioris inter et processum coracoïdeum inferioris, tunc ala ossis sphenoïdei perfracta, denique vel petram durissimam perrupit. Atqui summopere mirabilem in modum ac insolitum, tam gravi mehercle laesione neque vasa insigniora, puta carotis, meningea media, nec alia adjacentia organa graviora detrimentum tulerunt, si tubae *Eustachii* noxam excipere velis.

Mortis causa sufficiente reperta, tamen libuit, et thoracis cavum et praesertim abdomen inspicere. Sed hic nihil praeter naturam inventum est, nisi forte hepatis contextum molliorem, subnigricantem, ac si inflammatum fuisset, huc referendum esse, censeres. —

§. 4.

Quum, ut supra admonui, omnia 'conamina nostra ac studia in curandis morbis versentur, primum inquirendum est, num homo iste servari potuisset. Cum vero apta medendi ratio nequeat institui, nisi per rectam probamque morbi cognitionem, antea videndum est, utrum fieri potuisset, ut laesio satis perspicue dignosceretur. Hanc ob rem, quae ad diagnosin ejusmodi fracturarum hucusque observata pertinent, breviter proferre mihi liceat. Ita facile comprobabo, quaestionem illam esse negandam.

DE FRACTURAE BASEOS CRANII DIAGNOSI.

§. 5.

De nullo fere malo scientia tam egena, quam de fracturis ossium in genere comparatur; imo ne unum quidem signum conditionibus haud faventibus certiores nos de iis facere valet. Quum enim ipsae fracturae ossium extremitatum, quamquam in partibus existant, quae multifariis periculis subjici queant, difficiliores evadunt cognitu, si partialis tantum disjunctio subest, vel ubi tumor inde exortus finium ossium infractorum motionem respuit, ac perceptionem tangentis digiti rejicit, tamen multo magis in iis partibus id contingere liquet, quae propter peculiarem conformationem et situm pericula ista, ideoque accuratiorem investigationem prohibent. Fracturas ossium cranii simplices visu tantum ac tactu, in nonnullis quoque exemplis, crepitatione orta, auditu certo cognosci posse comprobatur, si commodae conditiones, ut sensus ad ea convertantur, adsunt. Nam ubi integumenta ad certum usque gradum haud laesa sunt, ubi ruptura parva est, rimulam tantum exhibens, et a perceptione in sensus cadente recedit; auxilia saltem ante oculos eam ponentia adhibere deberes. At vel eo res deducitur, ut sensus ipsi, omissa satis assidua periclitatione, decipiant nos, rimam modo negligentes, modo aliud quoddam rimulam habentes; nec quidem, haec si non fierent, de tota fracturae ratione, altitudine, extensione in ejus superficie interiori sufficienter nos instrui, rarissime contingit. Saepe et subter tumorem ossium disjunctionem fallacissimum in modum persentire arbitrantur hac in re satis haud callidi, cultrumque imponunt incassum ac supervacaneum. Ast haec percipiendi ratio, ut supra mo-

nui, de istis cranii, quae sensibus patent, partibus ac regionibus tantum valet; quae vero restant, cedo, diagnostica nunc de illis partibus baseos licet ea semper perferentibus, quas quocunque laesiones inciderint, nec visus attingere, nec tactus tractare queant?

§. 6.

Omnem exinde fracturae baseos diagnosin, istis enim signis relatis proximis nusquam non carentibus, iis tantum inniti ac restringi certissimum est, quae e conjectura prodeant; nec minus liquet, phaenomena ex istius, tamquam totius cerebri ejusdemque membranarum involucri ossei partis, laesionibus propullulantia, summam praebere similitudinem eorum post ceterarum calvariae regionum offensiones istiusmodi exoriundorum. Hanc rationem, causam cur auctores baseos fracturas haud satis peculiariter quoad diagnosin dignati sint, dedisse, persuasissimum mihi est. Alii ne mentionem quidem harum fecerunt, alii per transennam tantum generatimque eas tractaverunt; nec non superiorum complures singula recensuerunt quidem symptomata, quae a quibusdam vero iterum, tamquam ac in aliis, imprimis encephali malis occurrentia modo, modo plane deficientia in fracturis ossis, refutata sunt; neque sane absque omni jure haec omnia pro scientiae artisque, quales hoc tempore sint, potestatibus, cum, experientiam praeterea id docuisse, constet, adesse enumerata ista signa aliis aliasque deesse. De quibus vero aliquanto fusius infra.

Exponere nunc proximum esse videtur, quae de fracturis cranii in genere in promptu sint diagnostica signa, quibus colligere licebit, qualis usus in nostrum casum cognoscendum inde redundet.

§. 7.

In omnibus capitis laesionibus, sive hac illave e causa impetratis, cerebrum simul plus minusve affici, proponitur; idque triplici modo fieri auctores praecipiunt: vel puta premendo, vel irritando, vel duobus hisce modis simul, ita, ut phaenomenorum syndromae variae, nunc pressionis, extravasatione utplurimum exhibitae, nunc incitationis vel inflammationis, nunc, ut in commotione, utriusque exoriantur, quae quidem, ubi merae ac sincerae evadant, cognitu haud difficiles forent. Id quod neutiquam fieri posse, habeo, pro cujuslibet laesionis capitis multifario effectu, ideoque horum statuum connexorum symptomata summae subjicerentur mutabilitati, altera in altera ludentia, modo hoc, modo istud malum indicantia. Quibus sic se habentibus rebus omnis hujus istiusve vitii diagnosis, nisi ex praedominantibus conditionibus vacillans, statui nequit. Sic e. g. commotionem esse, in genere dijudicaremus, ubi post laesionem statim subsecuta fuissent mala, ubi infirmi paullo post aliquanto sese recolligerent, ubi phaenomena variabilia, modo mitiora, modo urgentiora essent, ac una ex incitatione et debilitate symptomata prodire viderentur. Ubi spiritus leviter traherentur, ut in somno altiori; ubi corpus frigidum, pulsus regulares, vultus minus commutatus exstiterint; ubi porro cranium haud ruptum fuerit, praesertim in adulto; deinde ex juvantibus ac nocentibus, ubi, sanguine emisso, pulsus submitterent se, remediaque in genere magis perspicuam exsererent efficaciam. Contra vero compressionem ex extravasatione urgere colligitur, si tardiora intraverint phaenomena, quae tunc haud interrupta, constantia, minus aliis commixta, cerebro premendo tantum exstiterint, si spiritus diffici-

les, stertendo trahuntur, pulsus duri, irregulares, intermittentes micant, pupilla dilatata est, omniaque haec apoplexiae species magis prae se ferunt, vel si et fractura vel fissura datae sunt, et in infantibus haec contigerunt; si pulsus vena secta aequaliter fortes modo, modo imo pleniores feriunt; neque medela auxilium tulit. Incitatione denique labem fieri, praeponderare par esset ex convulsionibus, febre, delirio, inquietudine, pulsuum celeriori micatione, agrypnia etc., ut taceam, ne nimis longus sim, de ceteris omnibus hos diversos status indicantibus phaenomenis, cum in eo tantum omnis res versaretur, ut admoneamus, dari quasdam conditiones, quibus, si ad alia, tibi sat cognita signa, generatim in capitis laesionibus evenientia, accedant, scitu omnino facilius reddatur, num hoc illudve vitium immineat.

§. 8.

Cumque praeterea quoad curationem permultum intersit, qua de causa peculiari singuli hi status cerebri enascantur, auctores iterum in delineandis signis certis ac momentis operam navaverunt, proponentes: statum incitationis fieri ex spina ossea, ubi phaenomena e vestigio successerint, convulsiones puta, in quibus aeger vero compos sui est etc. contra vero ex inflammatione tardius ea exoriri, tribus enim in genere quatuorve praeterlapsis diebus, semperque febrem illa concomitari. Statum istum porro pressionis effici aut humoribus effusis, sive sanguine, sive lympha, sive pure, quae nonnullis denuo sese manifestant rationibus variis; aut osse infracto, aliisque omnibus et extraneis influentibus spatium cerebro designatum coarctantibus. Nam et omnem cranii fracturam, ubi simplex esse desinit, comprimendo modo ab initio

modo incitando, vel duplici simul ratione cerebrum infestare tantum posse, patet. Hanc vero conditionem novissimam cum commotione confundi non posse, opinor, quum ossis frustum tum comprimere cerebrum, tum excitare, marginum ejus natura aspera, neque tamen commovere valeat; unde commotionis conceptus a plurimis auctoribus haud satis succincte traditos esse, equidem credo.

§. 9.

Exponamus nunc quae de fracturis illo respectu inprimis ab antiquioribus nuperioribusque auctoribus notata sint peculiaria signa, nec non praetermittamus, hac in re persistentes, et reliqua; ut convenientissimum esse videatur, omnem fracturarum diagnosin in duas distribui partes, quarum altera amplectatur signa generalia, veluti in ceteris cerebri laesi conditionibus occurrentia; altera vero signa specialia, discrepantia, rupturam modo sequi solita.

SYMPTOMATA GENERALIA.

§. 10.

Referenda huc sunt haec: febris multimodis phaenomenis conjuncta; vultus tetricus, disjectus, difficilis ac morosus; oculorum huc illucve rotatio, eorundemque rubedo; nausea; vomitus; singultus, convulsiones, paralyses. — *Paulus Aegineta* sic de fracturis effatur [1]): „*Etsi negligat medicus, neque statim perforatione utatur, graviora his multo subsequuntur: bilis vomitus, convulsio, delirium et acuta febris, quibus in casibus recusanda chirurgia est etc.*" — Ante aures fremitus ac tinnitus; surditas; vertigo; capitis gra-

[1]) De arte medendi. lib. VI. cap. XC.

vitas; fandi impotentia [1]; veternus [2]; laesio vel sensuum quorundam, vel omnium et externorum et internorum perfecta amissio [3]. Sanguinis vel alius humoris per nares et os effluxus, vel per aures (*Dzondi* [4]) nimis definite proponit: „*Tödtlich ist der Ausgang, wenn wässrige Feuchtigkeit aus den Ohren fliesst, dann ist das* os petrosum *zerschmettert*" — licet signum sit pessimi ominis [5]; interdum et ex oculis [6] et cranii integumentis privati suturis. Anima gravior et sonantior; rhonchus [7]. *Celsus* ait [8]: „*Igitur, ubi ea percussa est, (calvaria) protinus requirendum est, num bilem homo is vomuerit; num oculi ejus obcaecati sint; num obmutuerit; num per nares auresque sanguis ei effluxerit; num conciderit; num sine sensu quasi dormiens jacuerit. Haec enim non nisi osse fracto eveniunt.*" [9] — Alvi et urinae praeternaturales secessus involuntarii; mandibularum spastica coarctatio, trismus, tetanus [10]. Spasmus cynicus. Extremitatum saepius facta jaculatio. In exemplo

---

1) Martini Beobachtungen in der Lehre von den Kopfverletzungen. 3. Hauptst.

2) *Martini* l. c. §. 23.

3) Percival Pott's sämmtl. chirurg. Werke. 1. Bd. Seite 182.

4) Handbuch der Chirurgie. S. 261.

5) Schweickard med. gerichtl. Beobachtungen. 3. St. Seite 127.

6) *Joh. Alb. Bilguer* med. chir. Fragen etc. p. 92.

7) *Martini* l. c. IV. §. 1 et 11.

8) lib. VIII. cap. IV.

9) *Hippocratis* opera omnia edit. a. v. d. Linden Lugduni Bat. MDCCLXV. cap. XV. de vuln. cap.

10) Samml. der auserlesensten und neuesten Abhandl. für Wundärzte. Leipz. 1779. 2. St. S. 146.

laesionis cranii a *Switenio* enarrato, istae quoque insignes brachii, laeso lateri oppositi, convulsivae motiones commemorantur ac trismus cum puris copioso e vulnere effluxu alternantes [1]). Manus unius alteriusve repetita ad caput admotio. Avicenna [2]) haec jam statuit: „*Et multoties quidem significat locum infirmus ipse, quod tangit ipsum omni hora, et maxime quando infirmus non potest loqui, et in illo casu, in quo os fractum est.*" — *Heuermann* porro, genitalia ab aegroto praeternaturalem in modum saepius contrectari ac subagitari, profert, colemque erigi. Sic *Plattnerus* [3]) summi libidinis gradus ac malitiae mentionem fecit, in viro, qui post capitis laesionem moriam exortam propter per longum tempus in nosocomio retineri debuerat. Dolores tensivi in manuum pedumque digitis, posteaque in humeris observati sunt ab *Heuermanno* [4]) in exemplo, ubi ossis temporum pars spongiosa in plurima frusta disrupta fuit, ut duram matrem per spatium monetae duorum grossorum ad extensionem fere aequans, facillime videre licuerit. Praeterea huc pertinet peculiaris colli rigor, ac si caput trunco clavis affictum esset [5]); quod signum quoque in morbi historia a *Calliseno* tradita citatum reperimus [6]).

---

1) v. *Swieten* comment. ad *Boerh.* ad §. 268 et 276.

2) Avicennae libri in re medica omnes etc. edit. a *Joanne P. Mongio* et *J. Costaeo.* Venetiis MDLXIV. lib. IV. Fen. V. Tract. III.

3) Einleitung in die Chirurgie. 1. Th. S. 471. Anmerk.

4) Bemerk. und Untersuchungen der ausübenden Arzneiwissenschaft. 2. Bd. S. 186.

5) Chelius Handbuch der Chirurgie. 2. Aufl. 1. Bd. Seite 237.

6) Samml. der auserl. u. neuesten Abhandl. l. c.

Accedimus jam ad partem alteram, quae est de

SIGNIS SPECIALIBUS.

§. 11.

Quorum et ea haud incommode referenda esse duxi, quae localia quidem sunt, saepius tamen in extravasationibus simulac obveniunt. Primum dolor n capitis loco certo; tumor; sugillatio; vel obtegumentorum vulnus vel quassatio; ac in genere reliquae omnes calvariae ipsius laesiones fracturam quoque adesse conjiceré impellunt [1]). Porro integumenta molliora, sanie scatentia, laxiora, lividiora t turgidiora, et a calvaria recedentia; ac pericranii ost laesionem vel statim, vel sensim sensimque ens disjunctio. *Celsus* [2]) hoc modo effatur: *„Itaque, graviter aliquis percussus est, si mala indicia subsecuta unt, neque ea parte, qua cutis discussa, rima reperitur, on incommodum est, parte altera considerare, num quis cus mollior sit, et tumeat, eumque aperire etc."* — um foeda decoloratio in cranii partis denudae ambitu. De quibus *Paulus Aegineta „si usque,"* t, *„ad cerebri membranam descendat rimam, rasura nissa, num quid recesserit ab osse membrana, an maat adhuc connexa, considerandum est. Manere adhuc s notis cognoscimus: mediocris inflammatio vulnus infeat: aeger febri paullatim destituitur: pus maturum paret: si recesserit, et dolor et febris augetur: os lorem immutat: pus praeterea tenue, et incoctum fer-."* — Praeterea ex calvariae accuratiore inspene ac pertractatione [3]) signa prodeunt; si capillis hac obtecta est, videndum, num hac illave parte

---

[1]) *Bilguer* l. c. p. 91.

[2]) l. c.

[3]) *Bilguer* l. c. p. 94—96.

comae uvidae vel hirtae, conglutinatae sint, ac collisae, an potius perscissae appareant; inde enim, vim secantem magis quam contundentem ac rumpentem egisse, agnosci poterit [1]). Praeterea sensus molestus, quem aeger in loco laeso imprimis perciperet ex motu oscillatorio corporis solidioris inter dentes firmiter contenti, v. c. spathulae vel clavis; aut fili ad unum finem ore, ad alterum manubus adstricte prehensi, saepius reiterata cum impetu vibratione. Audiamus, quae hac de re *Desid. Jacotius* in *Hippocr.* commentariis fusius locutus est [2]). „*Quod a quibusdam minus accurate animadversum est, qui a Guidone hujus praecepti admoniti pro asphodeli caule, aut ferula, nodum paleae dentibus stringendum praebent. Tametsi enim parum referre videatur, paleaene nodum an asphodeli caulem, vel ferulam, vel telam, vel aliquid aliud, quod tenax sit, nec inter dentes frangatur, dentibus conterendum exhibens, id tamen utriusque partis maxillae dentibus firmiter faciendum est. — Qua in re deceptos puto, qui hujus signi constantiam suis experimentis infirmare conantur.*" — Eodem loco quoque invenimus [3]) jubere quosdam avellanam eadem ratione frangere; aut bacillo e levi siccaque materia aegri caput molliter concutere; fissum os haud naturalem sonum, sed obscurum edere praecipiunt, vel stridulum. Sic *Bilguer* [4]) eum comparavit isti, qui ex ollae fictilis infractae attactu oritur. Huc sane et strepitus refe-

---

[1]) *Hippocrates* l. c. p. 494.

[2]) Magni Hippoc. coaca praesagia cum interpretatione et commentariis *Jacobi Hollerii Stempani*, nunc primum *Desiderii Jacotii Vandoperani* in lucem editis. Lugduni MDLXXVI. p. 972.

[3]) l. c. p. 973.

[4]) l. c. p. 100.

ndus est, quem aeger ipse, dum laedebatur, perce-t. Potissimum vero dari signum quidam propo-unt [1]), si ex digitorum ope facta impressione ad unc illumve capitis derasi locum sat fortiter ac u instituta, cruciatus haud raro gravissimi perse-uuntur; dolores enim acerbiores, spasmi, vel et nsuum amissio, aliique. Porro massa quaedam assula, viscida, vel glutinis frustulum, ac capiti so per duodecim circiter horas superimpositum cum ruptum indicare, fertur, madescendo enim r certos tractus, ubi halitus internus rimam per-eare poterit. Alii hunc ad finem utebantur em-astris, quibus vero exsiccantibus per ductus, fra-uram subesse, manifestum foret. *Berengarius* [2]) *st aliud signum,"* inquit, *„scilicet capiendo mastichem verisatum, et albumen ovi contusum tantum, quod cendo sit, sicut mel, solidum, et hoc extendere super a vel corio forma magna vel parva, ut possit poni ra os, de quo dubitatur, et sic dimittendo per diem: c si ossis fractura penetrat, dicunt, mastichem esse directo fracturae magis siccum quam alibi."* *Guidonem Cauliaco* inprimis eo usum fecisse invenimus; ens adhuc *„quia remanet nigredo in fissura et sic-s in linimento supra locum fissurae: et hoc est signum ium"* [3]). *Bertapalea* alias exhibuit formulas, qua-n una haec est: R. thuris, cerae, laudani singu-um uncias tres; misce. Capiti raso applica per m. Alia: Rec. thuris, cerae, laudani singulorum iam unam, terebinthi aceti, farinae fabarum sing.

---

1) Martini l. c. IX. Hauptst. §. 7.

2) *Jacobi Berengarii* Carpensis de fractura cranii liber ius. Lugduni Bat. 1651. p. 16.

3) *Guidonis de Cauliaco* Chirurgia edit. Venetiis 1498. t. III. doctrina I. cap. 1.

libram mediam. fiat massa. *Junker*, *Eller*, *Stolle* aliisque ea placuisse haud fugit nos. *Franciscus Arcaeus* praesertim isto auxilio tamquam experientia satis comprobato usus est [1]). Tunc signum offerri huic simili docent ex tumore vel rubore ac mollitudine, emplastrorum probe emollientium, ac capiti toti per aliquot horas applicatorum ope, elicitis, dum eo tantum scilicet apparere loco dicuntur, cui fractura subjaceat. — Tunc ex percunctatione admoto specillo aliud est signum, quod *Celso* haud parvi fuit, profitens: *„ubi specillum ad os venit, si nihil nisi laeve et lubricum occurrit, integrum id videri potest, si quid asperi est, utique qua suturae non sint, fractum os esse testatur"* [2]). — Ubi dubium est, num, quod appareat, et speciem rimae prae se ferat, vera sit rima necne: laticem inficientem (praesertim nigro colore ut atramentum) isti parti superfundere plurimi commendant, qui rimae post cautum tersum inhaeret. Quem ad scopum *Hippocrates* [3]) ossis omnem tinctam partem deradi debere, docet, quam vero operosiorem methodum et *van Swieten*, supervacaneam fore, jure notat, si fissura haud adesset. — *Berengarius* [4]) istud et a *Guidone de Cauliaco* relatum signum exhibet, dicens: *„Est aliud signum, quod clauso ore et naso patiens toto conamine impellat aërem a pectore ad caput, et si rimula penetrat, videbis auspiciendo aliquid exire ab ipsa rimula."* —

§. 12.

Ne omittamus praeterea, permulta ad diagnosin

---

[1]) *Franciscus Arcaeus* de recta curandorum vulnerum ratione, lib. I, cap. 8.

[2]) l. c.

[3]) l. c. cap. XX. XXI.

[4]) l. c.

nferre fracturarum, quae ex mensurandis condi-
onibus externis prodeant momenta [1]); ad quas
ertinent corporis offendentis figura, magnitudo,
avitas; tum rationem habeamus violentiae necesse
t, qua istud permovebatur; numne e. g. in summa
terius ira alteri impulsum sit etc. *Hippocrates* [2])
cum alter," inquit, „*ab altero sauciatur, de industria*
uciare volens; si fortior debiliorem vulnerat." — Tum
olati posituram respiciamus, qualis enim, dum vul-
as contigit, fuerit. Dein locus, quem primum
flixit, lucem afferre valet, pro diversa ossium ac
gionum capitis resistendi facultate, pro crassiori
rum vel magis arcuata conformatione. *Kuettlin-*
r [3]) circa hanc rem accuratissimam adumbratio-
m capitis, praecipue in causa forensi summi ex-
imat. Nec aetas parvi est pendenda, cum pro
ad fragilitatem plus minusve proniora sint ossa.
st anceps haereo, utrum et his status certos, im-
imis cachecticos, systema ossium petentes adnu-
erare liceat.) Porro sequelarum protractior vel
ior ingressus; constat enim in genere symptomata
fractura ocius vel statim intrare, contra ex in-
mmatione, imo vel extravasatione serius.

§. 13.

Quod attinet ad contrafissuras sic dictas, quae
antiquioribus auctoribus omnino negatae sunt,
bus *Galenus* [4]), *Paulus Aegineta, Guidonius de Cau-*

---

[1]) *Paul. Aegin.* l. c.
[2]) l. c. cap. XII.
[3]) Kopp's Jahrb. der Staatsarzneikunde. VII. S. 379.
[4]) *Galenus* de meth. med. L. IX. Cap. XVII. T. IV.
. Chart. p. 526.

liaco et nuperiores quidam accedebant [1], [2], constat, illas non insignioribus phaenomenis distingui posse; multoque vero minus fracturas ac rimulas in basi certiorem distinctionem admittunt, utpote quae nusquam non directis signis enumeratis carentes negativo modo cognosci tantum queant. Ex absentibus ergo localibus signis summa movetur suspicio, rupturam in basi factam esse, si gravius res quaedam caput offenderit, malaque cito inde persecuta sint; dum certo cranii plana ac tenuior altera pars facilius superari debeat vi, quo validius arcuata solidiorque resistit [3]. Rarissime contra baseos fracturas vel fissuras exoriri credo, ex una eademque vi, quae in alia jam calvariae parte majores tales fecerit; quasi ea hinc finem suum impetraverit, nisi ipsam basin corpus affligens attigerit, vel illae ad hanc usque propagatae sint [4]. Si legem proponere convenit pro maximo horum exemplorum numero omnis in altera parte facta fractura pro altera quasi tutela esse videtur, qua minus haec oscillet, contra vero timendum est, ubi tali pacto vibrationes interruptae non sint, ne tenuiores partes ultra modum petant. In ea praeterea partium oscillandi majori vel minori facultate summe mirificas fissurarum vias ac directiones inniti, liquet.

§. 14.

Quanta sit signorum farrago ex hisce intelligimus, et quomodo exemplis observatis describendis sensim sensimque adaucta sit. Atqui pro optimo-

---

1) Dictionaire des sciences médicales, art. crâne. p. 277.

2) *Rohault* de playes de tête. Chap. VII. p. 49.

3) Meckel Lehrb. der gerichtl. Medicin. S. 161. Anm.

4) Büttner Aufrichtiger Unterricht ꝛc. S. 89.

m auctorum experientia, quorum ad manum fuere
ripturae, ut referem tantum *Heister*, *Richter*, *Bell*,
essault, *Cooper*, *Boyer* etc., et pro morbis hujus ge-
eris enarratis, in permultis ephemeridibus ac ope-
bus ab *Schmucker*, *Theden*, *Lentin*, *Mursinna*, *Loder*,
orn, *Rust*, *Graefe* aliisque editis, omnium phaeno-
enorum istorum ratio ea est, ut, si vel omnia ea
dessent, summa inde tantum prodeat verisimilitudo,
d non certitudo, quod omnia singula, imo localia,
singulis casibus jam observata sunt, ubi nullam
men fracturam vel fissuram haec fecisse compro-
ri licebat; ut contra et omnia deficere possint,
aesente tamen ruptura [1]), [2]); cujus rei jam ab
ordio mentionem feci; ut denique ex majori vel
nori signorum notabiliorum numero fracturae
avior vel levior timor enascatur.

§. 15.

Cum v[illegible]o fractura peculiarem modo causam
hibeat pr[illegible]latis malis, certiorem ejus occultae
gnosin quoque pro curandi methodo haud gra-
res esse momenti, profitentur quidam; ubi enim
tim noxae simplicioribus supervenirent, sane et
nino supervacaneum foret, scire locum, quem
ctura teneat, nisi citra artis fines ita collocatus
rit, ut auxilio manuali ars eum attingat, causam
dirimat. Hisce casibus medela comparatur ge-
alis, ad symptomata versus, et interdum pro-
rrimo eventu eam institutam esse, quis est, quem
ant exempla.

Atqui omnium res summe dolenda ea est, quod
longissimum temporis intervallum fractura sim-

---

[1]) *Bohn* de renunciatione vulnerum etc. Lipsiae
CLXXXIX. p. 193 etc.

[2]) Schlegel's Mat. 1. Th. S. 8 N. 23.

plicis speciem prae se ferre potest; idque tunc potissimum fit, ubi parva et in opportuno loco contigerit, quo insigniores cerebri partes haud collocatae sunt. Quousque enim talis est, plerumque minus eam curant, donec sequelae appareant, quae ex duplici ratione periculum mortis afferre valent. Patet enim propter nimis protractum eorum exortum, causam sane tum medicum neque raro aegrotum ipsum fugere, ac complicatiora tunc sese ostendere symptomata, ita, ut recta curandi methodus vel plane desit, et obstupentes incertum artis auxilium, libenter quidem, plerumque tamen incassum, tentent, maxima sanguinis copia emittenda modo, modo aqua gelida capiti infundenda, modo opio, emeticis et catharticis porrigendis; vel, ubi cognita quidem causa, phaenomena tamen talia ac tanta contentione prorumpant, ut remedia ad ea cohibenda in usum vocata, statum in summum discrimen converterent, atque omnis chirurgia rejicienda esset.

§. 16.

Ad haec nostrum quoque exemplum referendum est. Convaluit enim aeger ex faciei vulnere et paullo post officiis suis denuo functus est, donec repentinus fere impetus ex medio eum abstulit; et ubi cum iis, quae de diagnosi et peculiaribus horum casuum rationibus exposita sunt, historia morbi conferatur, eum neque cognosci, neque ideo probe curari potuisse, patebit. Ne obliviscamur autem conditiones quasdam ab exordio incitasse attentionem, easque tum internas, v. g. animi statim post vulnerationem exortum deliquium, capitis dolores, tum ex istis, quae ad extraneas pertinent, hastae incurvationem; eam vero iterum aegroto derogari debuisse, cum, sanitate, ut pro omni scientiae artisque

dijudica-

dijudicatione videbatur, recuperata, nosocomium reliquerit, ne nimis longe muneri suò subduceretur.

ANNOTATIONES.

§. 17.

Quamquam a plurimis auctoribus pronuntiatum est: baseos fracturas semper evadere lethales [1], [2], [3], [4], aliorum tamen quorundam experientia et observationes, (quae e. g. inveniuntur apud *Kopp* [5], *Froriep* [6], *Graefe* [7], *Richter* [8], in Miscellaneis nat. cur. [9], apud *Leroux* [10], *Plattner* [11]; ne fabulosarum mentionem faciamus historiarum apud *Fischer* [12] *Plouquet* [13] in: mémoires de l'acad. d. sc. etc.) ad summum studium nos impellere deberent, ut quamcunque operam omnemque laborem ad istos miserrimos servandos, qui morti jam dediti utplurimum videntur putanturque, adhibeamus. Sed omissis etiam istis observationibus, ex ratiocinio ipso cuilibet erit persuasum, quodsi fauste eveniret, ut

---

1) Dict. des sciences med. l. c. p. 277.

2) *Meckel* l. c. p. 169.

3) *Schlegel* l. c.

4) *Dzondi* l. c.

5) *Kopp* l. c. III. p. 376.

6) Froriep Notizen ꝛc. Juni 1826. N. 294.

7) Gräfe's und Walther's Journal ꝛc. Bd. 2. Heft 2. N. 1.

8) Richter chirurg. Bibliothek. VI. S. 729.

9) Dec. I. annot. 6. observat. 12.

10) *Leroux* Journ. d. med. tom 39. p. 456.

11) Einleitung in die Wundarzneik. 1. Th. §. 557.

12) Responsa practic. et forens. selecta. p. 156.

13) Comm. med. p. 106.

rupturam in basi justo tempore, antequam graviora ista detrimenta secuta sunt, cognosceremus, curationem validiorem et magis assiduam, perque longissimum temporis spatium continuatam, summum ad ea vel prohibenda, vel exorta jam tollenda valere. Etiamsi pro re maxime adversaria diagnosis haud certa constitui posset unquam, ad summum probabilitatis gradum usque pedetentim perduci adhuc deberet; accuratissima omnium, quae vel in minima capitis laesione contigerint, annotatione, eorumque attentissima observatione (quam leviter obiterque multae morborum enarrationes traditae sunt! [1]); dein diligentissima et maxime circumspecta cadaverum sectione, istorumque, quae inde redundaverint, cum morbi praegressi phaenomenorum collatione. (Dubium sane est, permultos fracturae ejusmodi sequelis ereptos esse, de cujus praesentia ne post mortem quidem ulla certitudo advehitur, dum capitis perscrutatio vel plane negligitur, vel extremis ut dicitur digitis fit, et tunc imprimis occurrit, si serotina intraverint phaenomena, aliorumque morborum symptomatibus conjungerentur, qua ratione omnis conjectura magnopere perturbatur.) Porro: continuatione periclitationum de cerebri partium quarundam functionibus propriis sagacius institutarum, quales prostant viris optime meritis: *Haller*, *Boerhave*, *Zinn*, *Zimmermann*, *Arneman* [2]), *Larry*, *Saucerotte*, *Rolando*, *Foderà*, *Magendie*, *Flourens* [3]), quae praesertim tunc essent summi mo-

---

[1]) *Perc. Pott.* l. c. 1. Bd. 33. 37. 39. Fall.

[2]) Versuche über das Gehirn ꝛc. Göttingen 1787.

[3]) Recherches experiments sur les propriétés et les fonctions du systeme nerveux dans les animaux vertebrès. Paris 1824.

menti, si locum laesionis accuratius designarent. Hac denique diagnosi impetrata certiori, medicorum experientissimorum adhortatio, ut ex hisce malis vel levissimae speciei convalescentis, per longum tempus adhuc observemus, quasi lex sanciretur, ne otiosi adspiciamus aegrotos symptomatibus requiescentibus ac subdolis, sed eos efficaciori potius et actuosiori curationi subjiciamus, in istis praesertim casibus, in quibus, ut supra monitum est, symptomata inter ac conditiones summe adversas nulla ratio constituenda est. Utrum haec cura in nonnullis supervacanea sit, nec ne, parum refert, si modo minor ex ea prodeat in genere calamitas, quam ex contemplatione otiosa, usque dum hostis haud compescendus inopinato superveniat.

§. 17.

Historia nostra praeterea evidenter comprobat, ongissimum temporis intervallum, exortum, vel gravioris laesionis inter et sequelas urgentiores praeerire posse [1], [2], [3], [4]. Ubi vero in istis casibus naximam intenderemus attentionem, invenerimus, ıt mea quidem fert opinio, convalescentiae stadium ntercurrens nonnulla tamen exhibere phaenomena ninantia, et usquam non esse integrum. Sic se abuit quoque res in exemplo nostro; incidit aeger, ntea hilaritati datus, in moerorem leviorem, et a rimo morbi exordio jam difficilioris animi evait. — Ut sane praeter turbatum istum spatium in

---

1) Sammlung der rc. Abh. für Wundärzte l. c. S. 112.

2) *Morand* opuscules de chir. part. I. art. 4.

3) *Majault* Journ. de med. et de chir. par Roux. Tome LI. p. 58.

4) Medicinisch-chirurg. Zeitung. Jahrg. 1815. Beilage Nr. 33.

genere, temperamenti, ut dicunt, subitanea immutatio vel mentis functionum ac sensuum imo levissima praestantissimum mihi foret indicium, de latente quodam istiusmodi subdolae naturae. Tum et affirmavit, tali modo laesos in animi deliquium quidem simulac incidere, mox vero eos excitari posse, vel sponte expergiscere. Non possum, quin et hic clamoris peculiaris, totam regionem pervadentis, et summam misericordiam moventis, mentionem faciam, quem, si medico, ut audiret, contigerit, alias gravissimae cerebri laesionis indicium ei foret. — Postea, morbo recrudescente, et raro observata phaenomena exemplum nostrum prodidit, quo referenda sunt genitalium contrectatio, brachiorum jaculatio; contra et comprobat, ex auribus, naribus et ex ore plane absentibus effluviis, tamen laesionem gravissimam subesse posse. Nec non liquet ex eo, cadaverum sectiones quam accurate ac circumspecte faciendae sint, in causa imprimis forensi. Denuo enim ostendit, quam mirifica ac implicita ratione organorum insigniorum laesiones contingere possint, plus minusve a corporis offendentis ingressus loco remotorum. —

VITAE CURRICULUM

EX DECRETO

RATIOSI MEDICORUM ORDINIS BEROLINENSIS

ADJECTUM.

go HENRICUS ADOLPHUS ELTZE, Christianae religioni cundum formas Lutheri adscriptus, pridie nonas Sepmbres a. MDCCXCVIII. Postampii natus sum. Gymsium Friderico-Guilelmianum ibi florens postquam r novem annos frequentaveram, literis, studiis academicis viam munientibus, imbutus, inter alumnos semina- Regii medico-chirurgici militaris receptus sum a. DCCCXIV., quo contigit mihi, ut per quadriennii spam medicinae ac chirurgiae studio summam operam re, et hisce Illustrissimorum Virorum praelectionibus teresse possem.

De Philosophicis Beat. KIESEWETTER; de Botanice el. HAYNE; de Zoologia Illustr. LICHTENSTEIN; de ncyclopaedia et Physiologia, de Anatomia universa, Illstr. RUDOLPHI me instituerunt. Illustr. KNAPE de steologia, Syndesmologia, Splanchnologia, Medicina fonsi et arte conscribendarum formularum medicarum; rte cadaverum rite dissecandorum in theatro anatomico Illustr. RUDOLPHI et Illustr. KNAPE mihi praeptores fuerunt. Physiologiam et Materiam medicam eneros. de KOENEN et Illustr. OSANN me docuerunt. hysicen, Chemiam et Pharmaciam Illustr. TURTE mihi

tradidit. Pathologicis et Therapeuticis tam generalibus tam specialibus praeceptis, et Semioticis Illustr. F. HUFELAND, Pathologicis specialibus Illustr. HORN, Therapeuticis specialibus Illustr. G. HUFELAND interfui. In Chirurgicis Illustr. GRAEFE, Illustr. KLUGE, Illustr. RUST et Illustr. MURSINNA disserentes audivi. Artem obstetriciam Gener. de SIEBOLD ac Illustr. KLUGE mihi tradiderunt. Clinicis interfui institutionibus Illustr. G. HUFELAND, Illustr. HORN, Illustr. RUST, et Gener. de SIEBOLD.

Horum studiorum cursu peracto a. MDCCCXVIII. nosocomium caritatis Berolinense intravi, ubi cum per annum chirurgi munere functus essem, chirurgorum numero in exercitus Borussici adscriptus sum ea legione, quae tunc Coloniae Agrippinae versabatur. Deinde, sex mensibus praeterlapsis, in cohorte praetoriana medici partes egi, usque dum Berolinum anno MDCCCXXVI. mihi redeunti in instituto Friderico-Guilelmiano medico-chirurgico locus medici superioris datus est.

Tentamine et examine rigoroso rite absolutis, Gratiosam Facultatem Medicam, dissertatione hac palam defensa, summos in utraque medicina honores in me collaturam esse, confido. —

THESES DEFENDENDAE.

I.

ommotionem cerebri tum pressionis ejus tum incitationis statum una exhibere, haud censeo.

II.

llum signum dari, ex quo, cranii basin ruptam esse, colligere liceat, mea fert opinio.

III.

est, quod materiem in morbis, sic dictam peccantem, omnino rejiciamus.

IV.

vitalem in quibusdam partibus corporis humani minorem esse, non credo.